**D**IVIDITVR adæquate habitus in naturalem, & supernaturalem, iste est qualitas à Deo infusa permanens, elevansq; immanentem facultatem ad operationes supernaturales, ille, scilicet, naturalis habitus, est acquisita qualitas determinans indifferentem potentiam, ut facilius operetur. Supernaturales habitus esse nobis á Deo infusos, fide certū est, ad supernaturalesque actus esse necessarios simpliciter iudicamus, vnde & habent esse adæquatam virtutem celiendi supernaturales actus; differuntque ab acquisiti habitibus, quia isti ad simpliciter posse non desiderantur, & ad elicientiam actuum partialiter cum potentia concurrunt, actumque in nobis repetitione generatur. Virtutis definitio sic ex Mag. P. N. August. habetur: est bona qualitas mentis, qua recte vivitur, qua nullus male vivitur, quam Deus in nobis, sine nobis operatur. Per cuius definitionis ultimaverba etiam infusas virtutes amplectitur. Ipse etiam nobis vitium nobis in tota sua latitudine adcribit dum lib. 3. de liber. arbit. inquit; quod perfectioni naturæ deesse perspexeris ita voca vitium; sed cū vitium virtuti debet opponi, & hanc per qualitatem definiat, ideo vitium nobis idem Mag. P. stricte definit, lib. de perfect. just. dum inquit, quod vitium est qualitas, per quā malus est animus, etiam cū nō operatur.

## VIII. CONCVSIO.

**V**IRTVS, & vitium sunt oppositæ qualitates ad actus concurrentes incompatibles, illa bonum, atq; meritorium efficit, hoc vice denique ritorum, & malum operatur: ceteraliter sunt habitus, ad auctusque proprios effectiue concurrunt, & cū virtus alia sit infusa, acquisitaq; alia, sic vitium oppositū aliud est, quod virtuti acquisitæ opponitur, aliudq; quod infusa contrariatur; & licet vicia per se opposita virtutibus acquisitis, illis directe, & strictè contrariantur, non tamen ita strictè virtutibus infusis aliqua vicia contrariantur. Quodcumq; vitium dissonat, & contrariatur rationali naturæ. Quilibet actus vitiosus habituali vicio simpliciter est peior, neq; compatitur talis actus ( si sit mortale peccatum ) cum virtutibus infusis in ratione virtutum, compatitur tamē cum acquisitis; veniale vero peccatum sæpius iterarum, et si destruat acquisitam virtutem oppositam, cum infusis tamen, ac cæteris virtutibus acquisitis bene compatitur.

*His aderit propugnans pro quarta die Capituli Provincialis,  
Fr. Thomas de la Questa, tutante P. M. Fr. Bartholomeo  
Calderon collegij S. Acatij Hispalensis Rectori.*

*Die 26. Mensis Aprilis.*

# AVGVSTINI ADV FIR M A M E N T I

FVLGENTISSIMIS TOT MICANTIS SANCTI-  
tate lyderibus præstantioris splendoribus Astro, ex uberti-  
mo Ecclæ nostræ agro, in cuius specie ornatus nec Rose,  
nec Lilia defunt, Colono ad Apostolici munera fasti-  
giom assumptio Pastorū; universali, Gloriosaque Hyber-  
norū Apostolo. Subtilitum Pastorali solertia, tum cœ-  
lesti sapientia Episcoporum Scoto, Scotorum Episcopo-  
secundo ordine, Sanctitate absque secundo, prædica-  
tionis gloria primo; Fidei implantatione, cui Deus  
incrementata dedit pro mille uno.

## S. PATRITIO

HYBERNIÆ APOSTOLO, ET PATRONO  
sua Augustinensis Provincia Betica hæc pro Cæ-  
pitularibus Comitijs exhibita accipiat peccatus

8llecta,  
cui modulator.

Gentis ab Hyberne genijs simulacra refigis  
Indomitæ PATRITI; pectoribusque Sacra  
De Augustiniadum Regula das fædera christi  
Nos vita instituas, dogmatibusque suis.

# УДАЧНЫЙ

## ДЕНЬ ЗА МАМУ И БАБУ

Сегодня в День матери хотим выразить благодарность всем мамам и бабушкам за то, что вы делаете для нас. Вы - это наша опора, наша любовь, наша поддержка. Вы воспитываете нас, заботитесь о нас, помогаете в трудные моменты. Вы - это наши первые учителя, наши первые друзья. Спасибо вам за всё, что вы делаете для нас. Пусть ваш День рождения будет особенным, радостным и запоминающимся!

# ОТКЛАДЫ

Сегодня в День матери мы хотим выразить благодарность всем мамам и бабушкам за то, что вы делаете для нас. Вы - это наша опора, наша любовь, наша поддержка. Вы воспитываете нас, заботитесь о нас, помогаете в трудные моменты. Вы - это наши первые учителя, наши первые друзья. Спасибо вам за всё, что вы делаете для нас. Пусть ваш День рождения будет особенным, радостным и запоминающимся!

С днём матери! Счастья и здоровья вам!  
С любовью и теплом от всей семьи!

# I. CONCLVSIO.

**C**VM voluntas hominis non solum effectiva, sed defectiva sit, evidens est, posse patrare peccatum, cuius effectia exacte declaratur a P. N. Augustino in sua celebri definitione; est dictum, factum, vel conceptum Contra legem aeternam. Pluta ad hoc requiruntur, pri-  
mum est libertas non modo aptitudinalis, verum & ac-  
tualis, quae non solum est conditio ad peccatum re-  
quisita, sed illius etiam adintrat in essentiam: secundum  
est actualis cognitio obligationis, vel dubium aut scrupulus illius, quando non est prava consuetudo peccandi  
in aliqua specie: tertium est lex, quae non solum ad id,  
quod est per se malum, iure naturae requiritur, verum  
etiam ad id, per quod naturae ius per se violatur. Lex (tex-  
te D. Thoma. I. 2. q. 90. art. 4) est rationis ordinatio  
ad bonum commune, seu quod idem est, est quaedam  
regula, & mensura aetuum, secundum quam intellectua-  
lis inducitur creatura ad benem operandum, & ab agendo  
male retrahitur: de illius ratione est, quod fit iusta, &  
bona, non autem iniqua, quia communi bono, publicaeque  
virtutati, & non priuatae scrupule, atque conducere debet:  
ex quo fit legem pertinere ad rationem, praecipue quan-  
do circa quae intrinsece mala sunt, versatur.

## II. CONCLVSI O.

**L**EX in æternam, naturalem, humanam, & di-  
vinam secernitur; æterna est ipse Deus, ac pro  
inde tam immutabilisicut ipse, estq; prouidē-  
tia Dei in omnibus rebus; naturalis lex est regula, qua  
dirigitur homo ad suum finem naturalem; diuina est,  
quæ dirigit actus ad finem supernaturalem; & sicut hæc  
subdiuiditur in veterē, & novam; ita humana in Eccle-  
siasticam, & civilem, ista ad Sæculares pertinet, & ex  
principijs solius naturæ deducitur; non sic Ecclesiastica,  
quæ quamvis ad sæculares etiam pertineat, fit tamen  
ex lege, & ordinatione divina adiūcta. Lex deniq; diui-  
ditur in prohibentem, & imperantem, hæc per actus  
omissionem præcepti violatur; illa autem per actum  
posituum transgreditur: ex hac legum diuersitate ori-  
tur specifica distinctio peccati omissionis, & cōmissio-  
nis: vtrumq; aliquid de materiali dicit, entitatem ac-  
tus, vel omissionem nudē sumptam, aliquid verō de for-  
mali, per quod in ratione mali moralis formaliter cō-  
stituitur. Si forte pluribus legibus aliquod peccatum est  
prohibitum, sicut furtum lege naturali, diuina, & hu-  
mana, non ideo plures species habebit: quia nō variat  
leges species peccatorum, sed suam differentiam sibi  
vendicant specificam peccata penes diuersa obiecta,  
seu motiva.

### III. CONCLUSIO;

**M**ALITIA moralis peccati commissionis formaliter loquendo (quæ contra præceptum negativū patratut) non in aliqua relatione rationis consistit, quæ sit relatio dissonantiae cum recta ratione, neq; in priuatione aliqua quæcūq; sit, neq; ex positivo aliquo, & negativo simul coalescit, sed eius quidditas adæquate, & formaliter salvatur in entitate positiva actus liberti transgredientis præceptū, connotando debitum carendi illo, atq; adeò consistit in actu quo homo ex lege carere debet. Omissio pura libera, quæ contra præceptū positivū militat, etsi regulariter loquendo semper asocietur actui formalī positivo, qui eius causa, vel occasio sit, attenta tamē huiusmodi peccati natura, possibilē esse omissionē culpabilē absque omni actu formalī, licet nō interpretativo esse ueramus. Si peccatum omissionis sit propter idē motiuū, ac peccatum commissionis eamđē cū illo obtinebit speciē. Quāvis actione physica, & reali in materiale peccati influat Deus, & præmotione physica prædeterminet voluntatem creatam circa illud, non inde potest dici ( ut potē imperfectionis omnino expers ) causa peccati quo ad esse morale illius, hoc enim tantummodo voluntati creatæ, quia imperfectæ, cuiuslibet defectus capaci, tribui debet.

## III. CONCLVSI<sup>O</sup>,

**P**ECCATVM omissionis incipit imputari ex tempore illo, quo quis eam omissionem voluit formaliter in se ipso, aut virtualiter in sua causa, vel occasione. Omissio exterior dormienti, aut ebrio imputatur, non solum quando causam peccati dedit, sed etiam quando præceptum instat. Subdiuiditur deinde peccatum in mortale, & veniale; vtrumq; enim in ratione peccati univocè convenit, eo quod utriusque conveniat voluntarium, & liberum, & deuiatio à recta ratione, affertq; oppositionem cum lege, & offendit Dei; differt tamen peccatum lethale à veniali in multis, non ex voluntate Dei, sed ex ipsorum natura, præcipue in hoc, quod per lethale plus amatur creatura, quam Deus, constituiturq; aliquomodo creatura ultimus finis, secus verò per peccatum veniale, nam quamvis ex vi actionis anteponatur creatura fervori charitatis, non tamen constituitur positivè ultimus finis, sed ad summum negativé, id est, non est de ordinatio circa finem ultimum, (nimicum circa Deum) sicut mortale; sed dumtaxat circa media.

## V. CONCLVSIO. V

**I**DE tenemus fateri, Adæ posteris in primo creationis instanti inesse aliquem defectum, qui voluntarius fuit ipsi Adamo, ac proinde posteris ipsius; eiusmodi autem defectus est peccatum Originale, quod tale dicitur, quia ex eo inficitur omnis, qui ex Adam per naturalem propagationem transmisit originem (excepta B. V. Dei genitrice Maria ab Originali macula in primo instanti incolumi) quod quidem verè, & proprie habet rationem peccatis, & taliter in posteros à Protoparente est deriuatum, ut omnes peccatores constituat, et si non peccantes; et q; illis intrinsecum, & inhærens, licet non idem numero, quod fuit in Adam, sed in quolibet peccatore distinctum. Si quis miraculo se formatetur, tale peccatum non contraheret, immo Adamo iustitiam originalem seruante, et si peccaret Eus, peccatum originale non transfuderetur in posteros. Quod vero Adæ voluntas fuerit totius generis humani quoad effectum acquirendi, vel amittendi iustitiam originalem, non naturæ legibus deditum, sed diuina fuit ordinatione sanctum. Peccatum Originale consistit formaliter in priuatione gratiæ sacrificantis, ut sanctificas est. Iufantes qui sine Baptismo deceidunt, sola pena damni puniuntur.

## VI. CONCLVSIO,

**M**ANSIT humana natura miserabiliter peccati vulnere sauciata, egensq; divinæ gratiæ medicamine, id est, supernaturalis doni liberaliter à Deo collati, & divinitus homini supra debitū naturæ concessi ad finem supernaturalē debitē consequendum. Quo non indiget homo, inquit, statu consideretur, sive puræ naturæ, sive lapsæ, aut reparatæ ad certam, evidenterq; notitiam alicuius veritatis naturalis speculativæ, vel practicæ, immo omniū divisiū assequendā; quod si collectivē considerentur, ad ea, ñ cognitionem, licet ex se non indigeat speciali gratiæ auxilio, per accidens, speciali gratia non illustrante, sed impedimentorum amovente, indiget. Non est adeò necessaria gratia ad opus bonum naturale moraliter efficiendum, ut non possit homo, quantumvis infidelis nullam Dei notitiam habens, sine illa tale opus patrare; melioriqt; modo fidelis, si nulla pro tunc vehementi tentatione vexatur; quod si illa vexetur, licet de facto, & in actu exercito vehementem tentationē sine gratia specialis auxiliij per Christum collata superare non vallet; potest tamen de possibili absque aliqua gratia vincere, dummodo vsus vigeat rationis.

## VII. CONCLVSION.

**I**USTIFICATIO dupliciter considerari valet, una, quæ simplex vocatur, in qua nullus intervenit terminus à quo, nempe peccatum, qualis fuit illa primi nostri parentis Adæ, & Angelorum: altera secundum rationem motus importans terminum a quo & ad quem, quæ est impiorum iustificatio: per quam transmittitur de statu filiorum iæ ad statum filiorum Dei, quæ secundum Concilium Tridentinum sec. 6. cap. 7. sic definitur, non est sola peccatorum remissio, sed sanctificatio, & renovatio interior hominis per voluntariam susceptionem gratiae, & donorum. Vnde colliges ad iustificationem iequiri essentialiter infusionem gratiæ, & peccatorum remissionem. Gratia habitualis absque novo favore Dei hominem constituit filium Dei adoptium, hæredemq; vitæ æternæ, taliter que cum peccato pugnat non solum habituali, verum & actuali, ut ex natura sua sine novo actu condonante expellit peccatum, nec inspeçto diino posse absoluto in eodem subiecto possunt esse simul, nec per breue instans in illo compati.

ମୁଖ୍ୟରେ କାହାରେ କାହାରେ କାହାରେ କାହାରେ  
କାହାରେ କାହାରେ କାହାରେ କାହାରେ  
କାହାରେ କାହାରେ କାହାରେ

## VIII. CONCL V SIO.

**H**OMINES mereri erga Deum fide sancitum est, estq; meritū opus bonum, cui debetur merces; ad quod taliter actus positius exigitur, vt fide illo meritum vitæ æternæ repugnare videatur; ex parte personæ merentis gratia sanctificans exposcitur, quæ ita desideratur, vt nec de potentia aboluta hominem gratia sanctificante orbatum gloriam de condigno promereri possit; item status viæ requiritur, qui secundum quod dicit de formalí, ad meritum vitæ æternæ ex natura rei expostulatur, secundum verò quod dicit de materiali, ex ordinatione diuina dum taxat requiritur. Tam meritum de congruo, quā de condigno verè gaudent ratione meriti, licet vnum alio perfectius sit; meritum de condigno primæ gratiæ sive auxiliantis, sive sanctificantis repugnat, non verò primæ gloriæ de condigno, & gratiæ sanctificantis de congruo. Merentur nihilominus iusti etiam per actū remissum de condigno augmentum gratiæ; & quamvis non reparationem post lapsum, tamen reparatione supposita, merita antecedenter mortificata per culpam, quod ad præmium esse entale, in integrum reviviscunt.

*Defensabuntur à Fr. Sebastiano Barraza sub præsidio P. M. Fr.  
Antonij de Alcoba die quinta Capituli Provincialis,  
qua est 27. Mensis Aprilis.*

I.

TIBI INTER EXIMIOS  
ECCLESIAE P R A E S V L E S

EXEMPLARI MIRIFICO.

Cuius Prospero doctrinæ afflato quondam aduersus ha-  
reticorum sibilantes Euros Ecclesiæ navis ventis dedit  
vela secundis. Tibi, cuius Augustiniana doctrina velifi-  
cata spiritu fecuta fideles gavisa est carpe te vias. Tibi, cu-  
ius radiantibus Phœbeæ lampadis instar veritatis, atq;  
virtutibus corda hominum imbuta & lucis, & ignis  
charitatis, & scientiæ cepere splendorem.

Tibi, inquam,

S. PROSPER

AQVITANE AVGVSTINENSIS EREMI INTER  
arbusta consito ut speciosa in Ecclesiæ Campis. Oliva in-  
olefceres : Vandalicæ Provinciæ Aureliana cohors in  
Provinciale religata Capitulum, hæc de sacrati stadij, cer-  
taminibus, ut quoæ diu omnia fortunata novit, nunc tuo  
nobis nomine cumq;a prosperiora experietur,  
fuplex libat, & libens consecrat.

Susipe Divinæ Sophie Theoremata PROSPER,  
Militibus dætor conspicie de suis.  
Stat conferre manus studijs animosa iuentus,  
Exitus ut pugnat a spacie PROSPER cat.

20MAX 9HTZ191T

32 10 10 10 10 10 10 10 10

00101111 10101010

identifica meccanico della cintura di sicurezza con  
tutte le sue parti e la sua funzione è quella di proteggere  
il pilota e i passeggeri in caso di collisione o di  
impatto con un ostacolo. La cintura di sicurezza è composta da  
una cinghia di cuoio o di plastica che viene attivata  
con il clic di una fibbia. La cintura di sicurezza deve essere  
correttamente indossata per essere efficace.

Corretta

APPROVATO

Il pilota ha dovuto provare la cintura di sicurezza  
per verificare se era correttamente installata e se  
era possibile muoversi con facilità. Il pilota ha  
dovuto provare la cintura di sicurezza per verificare se  
era correttamente installata e se era possibile muoversi con  
facilità.

100%  
100%  
100%

## I. CONCLVSIO.

**S**VPREMVS ille conditor & Rex gloriæ , qui rationalem creaturam triplici decoravit potest. tamquam Dominus virtutum apparere volens, sic eam dilexit, ut divitiarum, & gratiæ thesauris preeditam ficeret, illâ triplici virtute, nimitem, Fide, Spc, & Charitate ditissimam reddens, sic namq. Rex ille à mari usq. ad mare, & à latitudine virtutum moralium ad Theologales usq. ubiq. triumphans agnoscitur: his firmatus homo militat Deo, dum ipsum credit per Fidem, ut consequendum per Spem desiderat, & super omnia per Charitatem diligit, ex his primum ordine locum sibi vendicat Fides, ut pote bonorum omnium firma basi, humanæq. salutis initium. De illa ait D. Chrysostomus: repertâ à nobis fuisse quandam Margaritam pretiosam, quæ Thesauros inaccessibiles invenire facit. Quæ sic ab Apostolo ad Hebreos 11. describitur: est sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium. Eius vero definitio ita à nobis dialecticè constituitur: Est qualitas supernaturalis permanens, inclinans in assensum firmum, infallibilem, & obscurum obiecti veri, à Deo revelati, proter eius Divinam veritatem, seu autoritatem revealantem.

## II. CONCLUSIO,

**H**IUS nostræ Christianæ fidei obiectum aliud est formale; materiale aliud; hoc ex omni veritate reuelata credenda, quæcūq; sit coalescit; illud autem, nimirum formale, sola prima veritas in dicendo est, seu summa veracitas, vel authoritas diuina, quæ ex infinita sapientia Dei, ratio nec cius Deus non potest falli; & ex fidelitate infinita, qua fallere nequit, e quæ constatur; cætera omnia, quæ fidem comitantur, conditionis munus exercent, ut patet in reuelatione, quæ non formale motium, sed pura conditio ad actum Divinæ fidei omnino necessaria est. Illud nostræ fidei certitudinem, firmitatēq; suadet, quod Deus nec de potentia absoluta, nec per se, nec per alios veleat afferere, nec præterea ad falsitatem confirmanda quæ verum patrare miraculum, quod solias Dei proprium est sigillum, vi cuius veritates reuelatae credibilitatem erga fideles acquitunt. Ab illo ergo supremo, & insisto cum in facultas infundendi actum, vel habitum aliquem erroris relegari debet, ac prædictam tantam certitudinem, & infallibilitatem fides habet Diuina, ut illi sequat falsum subesse, etiam inspecto Dei ab soluto posse.

## II. CONCLV SIO.

**A**CTVI fidei Divinæ quid accidentatum est,  
quod reuelatio priuata, vel vniuersalis sit, ac  
proinde non sunt habitus fidei specie multi-  
plicandi, quorum altero publice, altero priuatim creden-  
tur reuelata, sed ad quæcūq; obiecta credenda v-  
nus & indiuisibilis fidei habitus inclitat. Non com-  
patitur cum scientia fides, immo nec cum opinione;  
& licet mysteria fidei sint obscura, sunt tamen cūdē-  
ter credibilia, ita, vt qui ipsius motiuæ credulitatis per-  
pendere, per cuius actum indicare possit credi-  
tuessc dignissima. Non est formaliter discursua, be-  
ne tamen virtualiter seu obiectivæ, vnde et si non per  
duplicem actuæ distinctum, per unum saltim, & eam  
dem attingit obiectum propter motiuæ credendi. De  
fide est in terra daria quam regulam visibilem, quæ  
infallibili autoritate definiat, & proponat ea, quæ  
credenda sunt; hæc autem est militans Ecclesia, quæ  
quidem est congregatio hominum fidem internā ha-  
bentium, & aliquo exteriōri signo illam profitentium:  
huius autem Ecclesiæ propositio dumtaxat ut cōditio  
seu applicatio ad reuelationem Diuinam, quæ obscu-  
ra est, manifestandam requiritur.

### III. CONCLVSIO.

**A**CTVS Divinæ Fidei, qui ad iustificationem disponit, & est intrinsecè supernaturalis, sicut requirit illustrationes, & inspirationes supernaturales ad sui esse, ita ex parte intellectus prudens, & supernaturale iudicium præxigit, atq; ex parte voluntatis piæ affectionem, seu actū imperatēm intellectum ad præbendū assensum Fidei Divinæ. Daripræter actualem, habitualē Fidē supernaturalē, quæ etiam absente charitate virtus Theologica sit, & quę vnius infinitæ speciei sit in omnibus fidelibus, assueranter iudicamus. Subiectatur autē habitus huiuscmodi in viatoris intellectu, potest q; esse quoad substatiā, & essentiā ablq; Charitate, & Spe, anteceditq; certitudine, & firmitate non solū humanā Fidē, & opinionē, sed etiā omnem scientiā naturalē, omnelq; virtutes intellectuales non solū secundū te, sed etiā quoad nos. Dari aliquod visibile caput vnicū, & supremū, in quo plenissima potestas Ecclesiam gubernandi resideat, certissimū est, & de Fide: in qua suprema dignitate primus omniū constitutus est alle, cui dictum est a Domino Mathei 16. *Tu es Petrus, & super hanc Petram &c.* Unde Fidei dogma est, hunc numerō hominem, qui communī Ecclesię cōsensu acceptus est ut caput Ecclesiæ, & cui omnes obedire tenemur, esse verum Ecclesiæ Pontificem, Petriq; ligitimum successorem.

## V. CONCLVSI O.

**A**d Fidei marginatam deargentandam, iam  
Spei nos invitat aargentū. Est ergo Spes ratio-  
ne sui virtus physice, & essentialiter, utpote  
habitus iufusius residens in voluntate, & sic definitur:  
*Est qualitas supernaturalis inclinans ad desiderandum efficaciter*  
*bonum infinitum absens.* Eius formale obiectum aliquod  
creatum esse non potest: est enim solus Deus, non sub  
quacumq; ratione consideratus, sed quatenus est bo-  
nū nostrū, & assequibilis nobis. Vnde beatifica visio  
locū non habet in constitutione huius formalis obiec-  
ti, materiale autē obiectū, in quod Spes nostra prima  
ratio tendit beatitudinē formalē animæ esse censemus.  
Habet hęc Theologica virtus actus proprios, quorū  
principius ille est, per quē voluntas erigitur, & tendit  
modo efficaci, & aggressivo circa Deum vt bonū no-  
bis, superando omnes difficultates, quæ in illius con-  
sequatione sunt. Vnde possibilitas, futuritio, & ardui-  
tas boni diuini ita indispensabilitet ad rationem pre-  
dictę virtutis spei requiruntur, vt sine illis talua esse  
non possit. Ut autem actus huiuscmodi proportio-  
natē eliciatur, actum iudicatiuum intellectualem, &  
supernaturalē ad virtutē fidę pertinentem expoicit.

## VI. CONCLVSIO.

**C**ONNECTITVR taliter supernaturalis spes cum voluntate viatoris ( est enim eius materialis causa ) vt nullo modo remaneat, neque quoad actum, neque quoad habitum in illis, qui aeterna beatitudine perfruuntur, & consequenter damnati, hoc supernaturali dono priuantur: unde quod sit in omnibus fidelibus viatoribus de fide esse iudicamus, sic affuerante Apostolo ad Timotheum 5. & gloria non in spe glorie filiorum Dei, & alibi: nunc manent fides, spes, & caritas. Duplex circa virtutem spei praeceptum extat, alterum negatum, quod pro semper obligat, affirmatum alterum, quo ad positive sperandum tempore congruenti tenemur. Non per quoduis peccatum tollitur virtus, seu habitus spei, sed solum per actum infidelitatis, desperationis, aut presumptionis. Si Deus alicui homini suam damnationem ut infallibilem reuelaret, in tali cunctu nec posset, nec teneretur talis homo elicere actum spei supernaturalis. At supposito quod quis propter unum tantum peccatum, & hoc omissionis actus spei in eo casu, quo praeceptum obligaret affirmatum, damnatus esset; vtrum si isti homini de praedicta damnatione reuelatio fieret, adhuc teneretur sperare, nec ne? Sciscitanti & supplicanti responsum erit: vtrumq; sequi ex hypothesi.

## VII. CONCLYSIO.

**C**HARITATIS aurum se se nobis offert ad fi-  
dei margaritam deaurandam, & cum in auro  
ostendatur Regia potentia, virtutum Regina  
merito charitas nuncupatur. Illa Seraphici Spiritus  
ardent, sine illa Angelus dæmon factus est. Charitas  
ista est aliquis habitus infusus, iustis verē inhærens, tā  
à moralibus, quām ab alijs theologicis virtutibus dis-  
tinguis, omnes habitus non solum in genere moris,  
sed etiā in genere entis superans, adeoq; necessarius  
voluntati ad suos actus supernaturales elicendos, vt  
non solum de facto, verum etiam diuinitus sine illo  
elicere actus eiusdem rationis cum illis, quos cum ha-  
bitu elicit, voluntas non possit; est enim tota ratio,  
seu virtus adæquata elevans intrinsecé potentiam, ac  
proinde eiusmodi actiuitas nequit suppleri per auxi-  
lium Dei extrinsecum, adhuc spectato diuino posse.  
Sine charitate supernaturali dari non potest perfecta  
supernaturalis amicitia hominis ad Deum, nec Deus  
illam habet cum prædestinato pro illo tempore, pro  
quo habitum charitatis non habet.

## VII. CONCLVSIO.

**C**HARITATIS habitus est capax intēsionis, & augmenti, quod prouenit merito rīe à suis actibus, à multiplicatione bonorum operum, à magnitudine, & excellētia ipsorum, à continuātione, & alijs circumstantijs. Nō solum augetur iste habitus medijs actibus charitatis, quorum intensio est æqualis intēsionī illius, sed etiam medijs actibus remissiōibus. Augetur etiam per actus aliorum virtutum supposita relatione habituali charitatis ad Deū, si actus sint supernaturales; si verò naturales sint, petunt relationē actualem, vel virtualem, ut fiant à gratia, & per gratiam. Obiectum formale charitatis non in tācitate infinita, non in veracitate, neq; in omnipotētia, aut sapientia, vel quovis alio attributo reduplicative vt tali, sed dumtaxat in summa Divine essentiæ honestate, non quatenus amanti bona, sed quatenus Deo conveniens, & bona est, consistere defensamus.

*Propugnans aderit pro sexta die Capituli Provincialis, Fr.  
Iohannes Serrano, sub præsidio P. M. Fr.  
Melchioris Vela.*

# IN VIRGINEIS COELESTIQUE SPONSO FLORENTIBVS HORTIS.

In quibus Aquilone surgente, Austroq; persante omni-  
genæ Sanctitatis aromata fluunt, floribus multifaria vic-  
tute decoris de Virginitatis candore micantibus, de cha-  
ractris ardore rubentibus Sanctis Virginibus

## MAXIMA: ATQVE VERONICAÆ.

Illi clatissimorum Sororis, & Magistræ Martirum, multa-  
rum Virginum matris, Cœnobiorum sub Augustiniano  
instituto fundatrici maxima. Huic Martiri desiderio fla-  
granti. Deiparae Magisterio fluenti, cui (vt Hyrcanie  
quondam) triplici Alpha per manū matris exhibuit Spon-  
sus quæcumq; optaret gratiarum charismata passionum  
munera. Veriusque nomen in tutclare præsidium Vandæ-  
lica Augustini Parentis Provincia advocata  
cum utriusque sic concinat.

MAXIMA quod docet, ab Esposso VERONICAÆ discit,  
Altera Virginibus dat documenta Sacris:  
Alteri, & arcana rationem littera vita  
Construit. Quostris utraque prospiciat.

2011

2010

2009

2008

2007

2006

KAM

2005

2004

2003

2002

2001

2000

1999

1998

1997

1996

1995

1994

1993

# I. CONCLVSI O.

**D**EVS creavit hominem ad imaginem suam, cu  
que hic per cupidiam similitudinem oblitera-  
vit, & Deus illam clarere, suumque amorem  
vellet manifestare; illius factus est Redemptor, qui fue-  
rat & creator; sic enim Deus dixit mundum, ut Filiu-  
m suum unigenitum daret, itaque Verbum Caro factum est,  
nihil mutationis accipiens, quia quod fuit permanit,  
quamvis quod non erat assumpsit; unde huius tam ad-  
mirabilis, quam abstrusi Incarnationis mysterij possibi-  
litas, & existentia Fide sanctitatem manent. Tanta ergo est  
illius celsitudo, quod licet naturalem subiectum hominis pos-  
sit cadere apprehensionem, quia principijs eius natura-  
libus non repugnat; supereminet tamen cuiuscumque  
intellectus creati, vel creabilis nativam facultatem; qua-  
propter evidentia cognitione, sive positiva, sive nega-  
tiva nullus intellectus hamatus, Angelicusque eius, essen-  
tia perscrutari valet; immo neque naturalis ratio adhuc  
ex alijs mysterijs reuelatis ad eius certam notitiam, eui-  
denterque cognitionem assurgere quærit; et si post reue-  
lationem via confirmationis cognoscatur, via tamen in-  
ventionis neque iudicium probabile efformari potest  
circa illud.

## II. CONCLVSIO.

**C**ONVENIENTIAM Incarnationis Verbi Divini non solum in nobis reperies; quando quidem ipsi Deo, toti naturae humanae, redemptioni filiorum Adae, fuit convenientis tale mysterium; naturae humanae, ut quae per peccatum fuit corrupta, per Verbi Divini Incarnationem esset reparata; Divinæ naturæ, nam communicatio Dei summa ad creaturas, summum bonum maximè decet: deinde tale opus non fuit minus conducens ratione temporis, quo fuit patratum: neque ideo dicendum est, quod hoc prodigium absolutè fuit necessarium, sicut neque supposita mundi creatione, primi parentis peccato, reparationeque naturae a pestifera latrone, qua post hominis ruinam deturpata caderat, sed solum ex suppositione, inquit Deus intenderit expiare humani generis peccata ea perfectione, qua per Incarnationem contingit. Quis enim gravitatem peccati mortaliter ponderare sufficiet? hoc enim sub duplice conceputu attingi potest, malitiæ scilicet, & offendæ licet in ratione malitiæ, quæ ex objecto, & circumstantijs taxatur, sit quid finitum; in ratione vero offendæ extitit simpliciter infinitum; unde Incarnatio fuit necessaria, ut Christus Dominus Deo æqualem pro iniuria Deo introgata satisfactionem offerret,

## III. CONCL VSIO.

**E**x graviitate offendæ insufficiencia puri hominis, & hominis Dei necessitas satis arguitur: unde putus homo pro suo peccato mortali ad æqualitatem satisfacere nō potest; immo neque pro peccato veniali, si gratia sit destitutus, & infectus peccato; nam si illa corroboratus sit, condigne illius remissio nem adipisci valebit: & quamvis Deus hominem adeo innocentem, perfectissima ornatum sanctitate, omnibusq; diuinæ gratiæ auxilijs præmunitum crearet, & hic caput humani generis a Deo constitutus repertiretur, adhuc pro peccatis aliorum perfectam & condignam non exhiberet satisfactionem: immo licet in peccato lethali offendam omitteremus finitam, & in homine iusto gratiam infinitam daremus, tamē perfecte, & ad æqualitatē pro peccato mortali proprio, vel alieno posse satisfacere negamus: Solum enim Christus Dominus condigne, æqualiter, immo & superabundanter pro omni hominum delicto satisfactionem rependit; super q̄ fecit Deus misericorditer operando, nam apud Dominum misericordia, & copiosa apud Deū redemptio.

Et hanc sententiam quod dicitur de gratia dei  
et de misericordia dei, et de redemptione dei  
et de operibus dei, et de misericordia dei,  
et de operibus dei, et de misericordia dei,

### III. CONCLVSIO.

**O**PERA Christi Domini, ut potè à persona infinitè sancta, & simpliciter digna, infinito gaudebant valore iogenere moris; vnde valor hic infinitus denominatio quædam est ex personæ diuinæ sanctitate desumpta, quæquidem dignitas licet in esse physico extrinsece afficiat ipsas operationes, quo ad morale intrinsecè illas afficit, ideoq; dicitur denominatio intrinseca moralis. Ad satisfactionem ex toto rigore iustitiae pro aliquo debito, vel offensa, praeter æ. qualitatem, condignitatemq; actus satisfactorij, aliæ desiderantur conditiones, nempe quod sit ad alterum, ex ipsis sufficientis bonis proprijs, ex non acceptis a creditore, ex alio titulo non debitiss, & deniq; ex oblatis personaliter ab ipso debitorum; cum autem in satisfactione Christi Domini omnes hæc citrumegetur conditiones, ideo à rigore iustitiae non defecit. Debitor ex iustitia, hominibus constituitur Deus, cæterum non absolutè, sed suppositione aliqua, promissionis scilicet, quippe Deus se obligauit ad huiusmodi acceptationē, ratione cuius in homine justobené operante datur jus iustitiae in vitam æternam; talis ergo promissio nō fuit expressa, quia non fuit necessaria, sed implicita, quæ sufficit.

## V. CONCLVSIQ;

YAMVIS opus puri hominis iusti magis bonum ex obiecto, & circumstantijs maioris valoris fit, quam minus bonum; non ita in Christo Domino, cuius actus nobilior ex obiecto non est simpliciter, & intensive dignior quovis alio actu secundum seminus perfecto, nam valor operum Christi Domini, ex sanctitate personæ operantis delimitur; at puri hominis actus non ex majori gratia fit major, sed solù ciescit ex obiecto, & alijs. Ad Incarnationis negotium divinorum decretorū ordo sic conceinitur; postquam Deus se ipsum cognoscere, & necessatio amare intelligimus, inter opera, quæ voluit ad extra, in primo signo prædefinivit Christum humani generis Redemptorem, ob quem Angelos, homines, & yniversum in secundo signo decrevit, in tertio Adamum constituit caput huminum, & in quarto peccatum permettere voluit. Quid facturus esset Deus, si homo non peccasset, scriptura nō constat, ideoq; occultum est, certum tamen quod independenter à peccato potuit incarnationem prædefinire; defacto vero in eius remedium illam decrevit, taliter ut illo deficiente ex vi presentis decreti, deficeret & incarnatio; & licet ante præuisionem peccati prædefinita sit, sicut Christus Redemptor, adhuc Adamo non peccante, Christus non veniret.

## VI. CONCLVSIO.

**D**E FACTO natura humana, amissa propria subsistentia, per se, & substantialiter unita fuit Verbo Divino, qua supposita vnione, licet praedicta humanitas possit propriæ, vel alienæ subsistentiæ creatæ per se, & substantialiter uniti, non tamen alteri subsistentiæ divinæ si unio per se ad diuinum Verbum persistat; & in hoc casu neq; suam propriam personalitatem appetit. Plenitudine gratiæ ornatus refulgit Christus Dominus, in quo in primis gratia vnionis splendet, qua, omni secluso dono, eius humanitas formaliter substantialiter reditum sancta, cæterum nō ab ipso vnionis modo, neq; à divinitate, vt natura est, & prout distinguitur à persona, sed ab ipsa persona relativa hypostaticè unita, & quatenus habet præbere effectum communem, scilicet, prout assumendo naturam huminam est ratio coniungendi duas naturas in eadē persona. Hæc autem suprema sanctitas non fuit obex, vt etiam gratiæ habitualis sanctificationis splendoribus candidissima eius anima coruscaret, quando quidē per illam sanctificatione accidentalē, & participatiua anima Christi gaudet, sicut & superoaturali principio ad connaturaliter eliciendas operationes intrinsecè supernaturales.

## VII. CONCLVSI.

VM natura rationalis perfecta fuerit in Chriſto Domino, ſimiliſq; noſtri æ, omnes eius ope rationes elicere debuit, ideoq; propria, & nobiliffimia operatione cognoscendi non caruit, vnde eius anima non ſolum de facto, verum etiam neq; de poten- tia Dei abſoluta per visionem increatam intelligere po- test, quando quidem intellectui creato intellectionē communicari increatam, ita ut reddat illum formali- ter intelligentem, omnino repugnat. Scientia beata à primo luæ lucis exordio anima Chriſti enituit, qua ei- ſentiam diuinam, omnes existentes ſecundum quodcu- que tempus, & ex poſſibilibus aliquas, non vero om- nes, attingit creature, nā illarum cognitione diuinæ eſſe tiae p̄ræxigit cōprehensionē, q̄aæ in intellectu Chriſti Domini creature pondere circumscrip- to non eſt poſſibilis. Scientia etiam ſupernaturali fuit p̄aditus, qua mysteria noſtriæ fidei, cogitationes c̄; cordium perlo- trauit. Scientia naturali per ſe infuſa affulſit; q̄a ad ſu- perioreſ species conuersus, ſine phantasmatum fa- lacu terigit tres ordinis naturalis. Eius perfectionē ſcie- tia experimentalis nō dedecuit; congruens enim fuit om- nem animæ Chriſti potentialitatem expleri.

## VIII. CONCLVSIO.

**V**TRVM in Christo Domino fuerit peccatum? nulli catholicorum licet ambigere, quando ipsemet Christus dubium resoluit dicendo per Ioannem. Cap. 8. quis ex vobis argueret me de peccato? unde fidei catholicæ toto corde assentimur docenti, Christū Dominum nullam commisisse peccatum, sive veniale, sive mortale: neque potuisse peccare, ita certum debet existimari, ut aliquis dixerit, contra hoc non esse agendum argumētis, sed flammis, & ita dicimus, quod extitit omnino impeccabilis Iesus Christus Dominus noster; hoc autem colligimus ex vniōne hypostatica ad verbum, ratione cuius præcisè, sublato quocumque alio, in natura humana Christi impeccabilitas arguitur. Suis operationibus meruit Christus Dominus, & hæc sine aliqua extrinseca acceptatione Dei meritoriae fuere. Actus in Christus in quantum homo filius Dei naturalis, non vero totius Trinitatis, dicitur.

Defendentur à Fratre Iosepho Alvarez sub præsidio P. M. Fr. Michaelis Guerrero die septima Capituli Provincialis,  
que est 29. Mensis Aprilis.

# V R B I S I N T E R O R B I S C V N C T A S

CELEBERRIMÆ BETICARVM SEMPER O M.  
nium Principis, quæ exteris absq; invidia gentibus, quia  
invidia maior dñissima solo, beatissima cœlo  
prædicatur, & creditur:

## I N C L Y T O   S E N A T V I , C I V I T A T I C O R D V B E N S I ,

equis non solū , & armis Nobili , per quā olim Romanis  
intructam phalantis crevit occulto velut arbor ævo fama  
Marcelli , veram clarioribus ingenij fœlici , quæ duos  
cum Senecas , unicum que Lucanum facunda loquitur,  
in aumeros stipata subticesit . Pro qua si Pallas cum Ma-  
te contendat , dubia victoria multos est utrique divisura  
triumphos . Quos è litteratio Xisto in Regia Solis , nēpe  
Augustini , faotorum Schola alumnorum Comitijs Provin-  
cialibus plaudens reportare contigit .

C E D I T , D I C A T , O F F E R T .

*Augustiniadum sua , quæ iam Betica proles  
Stria coronata sibi & armati .  
Tercerat Neraesi Palme , ut vitricis bonores  
Spem , & ingenij exitus abz probet .*

11031922 7. 11031922

# DATE 7.11.22

## MEETING AND

Meeting was opened at 10.00 AM by Mr. P. N. Ramanan, Head of the Department. He gave a brief account of the work done by the department during the last year. He also informed the students about the facilities available in the department. He advised the students to make full use of these facilities and to work hard towards their studies. He also encouraged the students to participate in various extra-curricular activities.

Dr. T. S. Venkateswaran, Dean of the Faculty of Science, delivered a welcome address.

Mrs. S. R. Venkateswaran, Head of the Department of English, delivered her speech.

Mr. S. R. Venkateswaran, Head of the Department of Mathematics,

# I. CONCLVSION,

**C**VM veram hominum salutem suo incarnata sapientia sanguine sullo acquisiverit, pretiūq; copiosum aeterno Patri offerendum in aptissimo repositorio statuerit, septem sacravisse signa, que novae legis Sacraenta dicuntur, corporeis concreta ex elementis, ac totidem hominibus adhibuisse medicamina, omnem animæ continentia medelam, quā do Ecclesiæ Paradisum plantavit, ut Christianus grec peccati sui remedium semper inveniret; nullus habebit catholicus. Quocirca ex mente Angelici Praeceptoris Sacramentum est *signum sensibile rei sacrae prout sanctificantis nos.* Læcta quam definitionem, omnia septem Sacraenta confari ex rebus & verbis, ab institutione divina penitus determinatis, tamquam ex materia, & forma; triaq; significare, nimurum passionē Christi, gloriam, & maximoperē gratiam; nulla cū ambiguitate fatemur. Quapropter in ratione Sacra-menti à veteribus non discriminantur nostra, sed maxime ab illis secessunt ista, quia hęc ex opere operato, illa vero non, merito causant gratiam.

## II. CONCLV SIO.

ATIS constat, Sacramentorum esse institutio. nem Divinam; & quam vis defacto instituendi Sacra menta puræ creature Deus potestatem authoritatis non contulit, potuit tamen conferre ministerialem; istam enim dedit homini bus ad ministrā. da Sacra menta, erga quorum efficientiā non sufficit in Ministro intentio vt cumq, faciēdi actum externū. sed insuper requiritur intētio faciendi illum vt Sacra. mentalem, cum qua nullo interveniente obice Sacra menta suum protinus effectum præstabunt, qui qui. dem in aliquibus, vt in Baptismo, Confirmatione, ac Ordine Character est, hoc pacto definibile est signum / spi. rituale indeleibile animæque inherens; omnibus autem Sa. cramentis convenit conferre gratiam, an physice, vel moraliter illam efficiant Sacra menta? grauiissima est difficultas: sed quia in afferendo causalitatem physi. cam placita Patrum concordant, resolutorie dicimus, physice causare gratiam, vel primam, vel secundam penes vim, aut virtutem à quolibet Sacra mentorum habitam.




### III. CONCLVSIO.

**P**RAECLARISSIMVM est, ac præstantissimū omnium Dei beneficiorum Baptismus, illum Angeli propter sui splendoris cognitionem assiduē celebrant, futuræq; beatitudinis imaginem gerendo, vt poté cœlestis ianua, primum locum vendicat sibi Baptisma, per quod regenerati, & sacro de albati fonte Cœli secreta scandere meremur, vnde Baptismus est Sacmentum regenerationis per lauacrum animę in verbo vitæ; cuius materia remota aqua est clementaris, & visualis, proxima vero ablutio, ac demū forma traditur his verbis; *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Effectus, quos tribuit, sunt, **Character imprimere, peccatum originale, atq; omne aliud ante ipsum commissum delere, poenā propie dicti subleuare, gratiamq; infundere, dum modo in suscipiente non adsit impedimentum:** & quia ex scriptura *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei,* ideo firmiter defendimus, hoc Sacmentum esse omnibus necessarium necessitate medijs ad gloriam adipiscendam.

தீ தீ தீ தீ தீ  
தீ தீ தீ தீ தீ தீ  
தீ தீ தீ தீ தீ தீ தீ


### III. CONCLVSI.

**C**ONFIRMAT in nobis hoc Deus, quod operatus est, ut tēpla sui per gratiam efficiamur. Et sic per Sacramentum confirmationis condecoratis sumus; cuius materia remota est oleum olivarum, & Balsamum ab Episcopo benedictum, proxima vero est vndeō in fronte recipientis facta, forma que illa verba *signo te signo Crucis &c.* Et quia omnes fideles per manus Episcoporum impositionem debent Spiritum Sanctum post Baptismum accipere, ideo asserimus, subiectum capax huius Sacramēti esse omnes bapticatos, quibus virtute illius augetur gratia, roboratur fides, necnon imprimitur Character; qua propter sic se habet confirmationis definitio; *st. Sacramentum novae legis potens conferre gratiam baptizato ad profi* *tendam coram Tyrano fidem.* Et quamvis hoc Sacramen-*tum non sit necessarium ad animę salutem, vt me-*lior sit, petitur a creatura rationali.



## V. CONCLVSIO.

**S**PECVLVM, quo amniæ examinantur sordes, bonitatis imago, & miserationis Dei, existit pœnitentia, quæ quidem iam vt virtus, & vt Sacramentum iam, potest considerari dupliciter; vt virtus quidam est actus, cui per antonomasiam nomen hoc pœnitentiaæ à Patribus tribuitur, eo quod sit detestatio culpæ interrogatæ Deo; vt Sacramentum autem definiatur hoc modo, est Sacramentum novæ legis constans ex actibus penitentis, & absolutione Sacerdotis, conferensque gratiam, qua peccata post Baptismum commissa remittuntur. Cuius materia proxima (necessaria scilicet) sunt actus pœnitentis, nimirum oris confessio, cordis contritio, operis satisfactio; remota vero sunt peccata mortalia; & pro materia sufficienti venialia, vel mortalia iam confessa communī plausu statuimus; ac tandem forma hisce describitur verbis, Ego te abservo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.




## VI. CONCL V S I O.

**V**IDEQVAQUE maximum redēptionis nostræ memoriale, pignus hæreditatis cœternae atq; venturæ gloriæ amabile præludium cœtera præcellit Sacramētum Eucharisticum, cuius definitio exacta esse debet: *Species panis, & vini Christum Dominum continent, ipsum simul, & grātiā significantes.* Materia istius remota in consecratione corporis panis est triticeus, frumenti ex farina cum admixtione aquæ elementaris formatus, in consecratione Calicis vinum de vite materia sufficiens est, necessaria que iuxta ordinationem Ecclesiae aqua vino permiscēda, que nisi prius in vinum convertatur, minime potest in Sanguinem converti. Panis, & vini accidētia huic attinent Sactamento, Christus autem Dominus sub speciebus existens non in recto, sed de connotato solum ad illius pertinet essentiā. Et ut Sacerdos valcat confidere istud Sacramentum, ei consecranti presens debet esse materia consecranda.

## VII. CONCLVSIO,

**H**OC in Eucharistiæ Sacramento mirabili actionem conversivam, quæ ab Ecclesia, & Patribus transubstantatio dicitur, duos terminos positivos, à quo unum, & alterum *ad quem*, exigere substanciales, merito authumamus: itaq, terminus *a quo* istius transubstantiationis substantia est panis, & vini, terminus vero *ad quem* solet ab omnibus ambigi, quorum in controversia, illum esse substatiā corporis Christi ut actu ex pane sub speciebus productam, non autem ut positam ex vi actionis adducitivè, cum Angelico Praeceptore defendimus. Et licet panis substantia definat esse in rerum natura virtute conversionis, nequaquam iudicamus ipsam ob id abilitationem subire. In Calice deniq, quamvis solus Sanguis formaliter ex vi verborum significetur sicut in pane Corpus: istud tamen cum Sanguine, ac Sanguinem cum corpore, aliaq, cum istis in Christo Dominio reperta existere per concomitantiam sentimus.



## VIII. CONCL VSI O.

**I**NTER Sacra menta novæ legis non est ultimū extrema vunctionis Sacramentum; cuius materia remota oleum est olivatum ab Episcopo benedictum, proximaq; vunctione facienda ægroto, forma vero precluditur hisce verbis *per istam sanctam Vnctionem &c.* Sacramenti Ordinis, quo singularis potestas penes singulos gradus ordinato tribuitur, verba imperativa sunt forma, materiaq; res illa, quæ sub tali forma exhibetur sensibilis. Ac tandem in ultimo Sacramento, quod Matrimonium vocatur, corpora ipso ruci contrahētum rationem obtiuntur materiae, forma vero in locorum consensibus per verba, sive signa expressis legitime, taliter sicut est, quod ex consensibus prædictis deficiente aliquo essentia Matrimonij conlurgere non valet.

Pro istarum Conclusionum defensione certatus erit in Literaria Palestia Fr. Hieronymus de Arroyo, cui suo præstabit opiculationem patrocinio P. M. Fr. Ildefonsus Nieto Prior batus Regalis Conventus S. P. N. Augustini Cordubensis, die v. tina Capituli Provincialis, que est 30. Mensis Aprilis  
Anni Domini 1673.